

# The Electronic Manipulus florum

## www.manipulusflorum.com

### Iudex siue iudicium an cum fonte primo

Non silebo Zelencum mirabilem iusticie  
rigidum qui cum ciuitati Locrenciaum cui  
preerat lege lata cauisset ut qui  
adulterium commisisset exocularetur  
omni miseratione post habita,  
deprehenso in hoc crimine filio eius

adolescente precepit ut utroque lumine  
priuaretur. Cumque plebs ciuium  
summissimis precibus rogitarer indulta  
ob graciam principis flagicii uenia, ad  
deliberandum paululum spacii captans,

sibi et filio unum oculum districtus iudex  
effodit, pium patrem et seuerum iudicem  
declarando. Egit itaque censura mirabili  
ut sibi et filio uidendi usus superesset et  
in ultiōnem flagicii duo lumina ut  
decreuerat cecarentur.

Ita debitum supplicii  
modum legi reddidit  
ac mirabili temperamento equitatis  
se inter misericordem patrem  
et iustum legislatorem partitus.

Valerius libro VI.

Zaleucus,  
urbe Locrensium a se saluberrimis atque  
utilissimis legibus munita,

cum  
filius eius adulterii criminē  
damnatus secundum ius ab ipso  
constitutum utroque oculo carere  
deberet, ac tota ciuitas in honorem patris  
necessitatem poenae adulescentulo  
remitteret, aliquamdiu repugnauit. ad  
ultimum populi precibus euictus,

suo prius deinde filiī oculo  
eruto usum

uidendi utrius reliquit.

ita debitum supplicii  
modum legi reddidit,  
aequitatis admirabili temperamento  
se inter misericordem patrem  
et iustum legis latorem partitus.

Valerius Maximus, *Facta et dicta  
memorabilia*, 6.5.ext.3 (J. Briscoe ed.,  
p.409, ll.149-159).